

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

herodis fuerat filius. et hoc quidem ex dispositioe factum erat herodis. **T**unc autem volens aduersus thraconitas munitus existere. cogitauit vicum iudeis edificare non distantem magnitudine ciuitatis. ut pro hoc inaccessibiles hostibus faceret limites sue prouincie. **E**t cognoscens virum quendam iudeum ex babilonia. cum equitibus quingentis et sagittarijs plurimis. cognatorum etiam multitudinem usque ad centum ferme numerum virorum eufraten fluium transmeasse. et in antiochia in loco qui dicitur dafne syrie ouersari cum saturnino qui tunc ibidem imperator militie consistebat. illum ei locum ad habitandum benigna largitate cui balatha nomen erat cedere permisit. **E**uocabat ergo eum cum tota multitudine omnium qui eum fuerant consecuti. spondens daturum se terram in regione que dicitur bathanea. Destinauerat enim eum intra traconitidem constituendum volens eius habitationem obstaculum contra hostes habere. Promittebat itaque illam regionem sine tributis esse datum. et liberos fore que moris erat illius regionis habitatoribus exhibere. immunitatemque eis terram et nullis illationibus obnoxiam prebitur. **H**is persuasus babilonius venit. et suscipiens regionem. oppida. et municipia plura construxit. **E**t vicum bathyra nomine constituens. obstaculum erat et oppositum quoddam alius oppositio quodam ille vir aduersus thraconitas iudeis de babilonia ad hierosolimam per sacrificiorum tempora venientibus. ne quis eorum latianis thraconitarum insidiosisque lederet. et aduentabant ad eum plurimi. maximeque illi vndique occurrebant a quibus paternus mos iudeorum et instituta colebantur. Quibus rebus illa regio breui populosa facta est. propter quos immunis ab omnibus functionibus permanebat. viuentem dumtaxat herode. **C**eterum postquam philippus filius eius principatum regni suscepit. modicas paruo tempore illis functiones imposuit. agrippas vero maior et filius eius qui omonimusque illi constabat eos admodum grauauere. non tamen eis de libertate ipsorum cum possent ullam intulere molestiam. Sed romi deinde dominatum illius regionis adepti. libertatis quidem eorum etiam ipsi seruauere dignitatem impositionibus autem eos functionum usquequaque grauauerunt. **E**t hec quidem oportuno tempore diligenter exequar oratione precedente. **S**amaris autem babilonius in hac vita defungitur. quod ad possidendam illam regionem ab herode fuerat acquisitus quique cum virtute viues. filios quoque optimos

reliquerat. iacimum quidem. qui fortitudine clarus extabat. is equites babilonios qui sub illo fuerant continebat. et heli. quos rex afficiebat habundantibus muneribus. **S**ed iacimus in senectute defunctus. philippum filium dereliquit. et manu bonum. et alijs virtutis artibus vsui super quemlibet accommodum. **O**b hoc fida illi amicitia. et firmissimus fauor cum agrippa rege peruenerat. militiamque totam quam rex habebat ille curabat. et ubicumque deducenda res postulabat. eius regimine ducebatur. **iiij.**
Herode autem in quibus retuli constituto. in antipatrum spectabant cuncta negocia. propterea quia utilis ac promptus a rege putabatur. et rex hanc firmitatem non amiserat preteritis. quam ei pater promptus indulgebatur. spe quasi fauoris eius ac fidei. **N**on hec erat etiam ad deriuandam in se audacissimus. quod incognita erat patri eius nequicia. et quod ad fidem faciendam in dicendo callebat. **E**rat etiam cunctis terribilis. non tamen magnitudine potestatis. quantum pueritate mox. et quod erat ad male loquendum precacissimus. **M**axime autem eum feroras accurabat. vicissimque curabat. **N**am eum callide valde circumuenerat antipatrum. et maxime per mulieres ad occupandos eius animos ambigerat. **D**edit quippe fuerat feroras uxori matrisque eius atque sorori. licet mulierum genus horret. ob iniuriam filiarum suarum virginum. veruntamen has patiebatur. ab hisque ducebatur. et nichil ab eo sine illis mulieribus agebatur. **N**am hominem illum etiam medicaminibus accurabant. sed et sibimet inuicem cooperari nequaquam mutuo fauore cessabant. **I**ta enim eas omnimodis antipatrum induxerat. partim per semetipsum. partim etiam per propriam matrem. **N**am idem hec quatuor mulierum sentiebant. idemque loquebantur. **F**erore tamen circa antipatrum in nonnullis minimis sane rebus sententia mutabatur. **E**rat autem illis in contrarium nitens regis soror. iam diu cuncta circum inspicit. et amicitias eorum in principem herodis construi cernens. et annuncians non abstinens. **I**lli autem sentientes molestam esse regis suam adinuicem beniuolentiam. consilium ineunt. ut manifesta eorum amicitia non esset. neque palam conuentum facerent. omnium autem et maliloqua ubi tempus exiget contra semetipsos confligent. maxime autem sub herodis presentia. ut ad eum de semetipsis talia deferrent. secrete vero beniuolentiam inter eos firmior certiorque constaret. **E**t sic quidem illi gerebant salome autem nichil proflus latebat. neque primum eorum propositum ad huiusmodi negocia festinare